



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno MCCCXVI. ad annum MCCCCXXIII.

**Parisiis, 1644**

II. Quod nullus praesumat in spiritualibus ministrare, nisi prius ab episcopo  
loci sibi fuerit animarum cura commissa.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15653**

<sup>ANNO CHRISTI</sup>  
<sup>1517.</sup> competat de consuetudine approbata , vel priuilegio speciali. Quod si secus iidem canonici , vel clerici , seu patroni agere præsumperint , eosdem canonicos , & clericos , ac patronos , præsentis auctoritate Concilii , priuamus illa vice iure eligendi , seu præsentandi : Decernentes electionem , seu præsentationem secus & aliter attentatam , ipso iure nullius esse momenti .

### R V B R I C A II.

Cum de iure nullus sacerdos alteri subditum , sine sui superioris commissione seu licentia , solvere valeat , vel ligare , nos quamdam consuetudinem , seu potius abusionem animarum plenam periculis ( quod videlicet sacerdotes aliqui per non nullos prælatos sacerulares seu regulares , quibus in certis ecclesiis parochialibus rectorum institutio de consuetudine competit , in eisdem ecclesiis instituti , sine sui episcopi auctoritate , commissione , vel licentia parochialis ecclesiarum ipsarum , qui ipsius episcopi subditi esse noscuntur , præsumunt soluere & ligare , in suarum præiudicium animarum ) cupientes penitus extirpare , hoc sacro approbante Concilio , sub priuationis & excommunicationis poenis , inhibemus sacerdotibus memoratis , quod nullo modo præsumant in ecclesiis , in quibus modo prædicto , & per prædictos fuerint instituti , in spiritualibus ministrare , nisi prius ab episcopo loci , prout iura volunt , eis cura commissa fuerit animarum , de quibus idem episcopus tenetur Christo reddere rationem , tamquam de oibus sibi commissis .